



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Thomas Stannaeus. n. 39

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

arque ut ego interpretor, cœlestis) tertio Octobris 1616. Dominationi 1602.  
Veltræ addic̄tissimus Laurentius VVorthingtonus.

Anno deinde decimo octavo exul, Louanijs Leodijque Theologos & Scripturam explicauit, & in Austria Græcij; vnde cum Duce Lotharin-  
giæ, & Principe Casimiro rediens in Belgium, inter militum signa hau-  
titâ ægritudine, diem clausit extremum, circa annum huius seculi trige-  
simum septimum.

XXXVIII. Thomas VVorthingtonus horum Patruus, licet in Societate longè posterior, suaſor tamen & administer itineris & melioris educationis & disciplinæ, nepotibus adiungendus videtur, quando horājvn-tonus, ho-  
decimā vocati pares sunt quandoque cum primis Honestè in literis educatus, us.  
vbi adoleuit prauorum dogmatum odio pertul̄s Oxoniensis Academiæ,  
sponte sua migravit Duacum & Rhemios. Hic Laureâ Philolophicâ do-  
natus, sacroque inauguatus Sacerdotio, moderatorum consilio migra-  
uit in Angliam, & perutilem aliquamdiu nauans operam, ab adolescenti-  
te quenq; multis deuinxerat officijs proditus, in Arcem Londinensem ve-  
lut maleficij cuiuspiam reus compingitur, vincitur, & ad duos menses in  
subterraneo specu grauissima perpessus est incommoda. Mensibus lex elap-  
sis, vñā cum Gaspare Heywood, alijſque circiter viginti constantissimis  
Christi Confessoribus deportatus in Gallias, exilium in Religionis Ca-  
tholicæ ornamentum Patriæque multiplex subsidium convertit. Etenim  
anno octogesimo octavo Augustæ Treuirorum Sacrae Theologiae Doctor  
renuntiatus, haud multo post Rhemis in Anglorum Seminario Theolo-  
giam quæ n oribus instituendis traditur profensus est; Fuit deinde cum  
Thoma Stapletono in negotijs Angliam spectantibus Nuntio Apostolico  
Bruxellis commoranti à consilijs: Tum Barretto Duaceni Collegij Prä-  
fidi è viuis sublato successor: Quod Collegium amplis auxit ædificijs, &  
honestauit veteri testamento lingua vernacula edito & notis Orthodoxis  
illustrato; Alijs etiam lucubrationibus in lucem datis, quas videre est a-  
pud Pitzeum, & Alegambe. Auctus demum Protonotariatus Apostolici  
dignitate & Präsidis munere deposito, ætate iam graudæua ad Societa-  
tem (cui & Persono fuerat semper coniunctissimus) adiiciens animum,  
ab Richardo Blondo Prouinciale cooptatus, lucis huius usuram reliquit  
sesto fece Tyrocinij Menle; Vir in omni vita summæ integratatis & in-  
nocentia, & qui in Scholis doctior, quam rerum administrandarum  
aut morum informandorum moderandorumque peritior habebatur.

XXXIX. Thomas alter Stannæus honesto loco in Diœcesi Sariburi-  
ensi natus, post duos annos Philosophiæ, & duos moralis Theologiæ in Stannæus.  
Anglicano de vībe, adscriptus in Societatem anno uno ante VVorthing-  
tonos, & in Angliam destinatus, in trium Martyrum Laicorum Coronis glo-  
riatur, quos ipse ad pietatem & constantiam instituerat, Swithini VVells, Ro-  
dulphi Miller, & Laurentij Humphredi, & non paucorum centenorum in  
N n 3 fidei

1602. fidem professionemque Catholicam restitutorum. Ex laborum, latebrarum, carcerumque molestijs morbo non viro conflectatus, calculo, vrinæ difficultate, Hernia, Tussi, contractione neurorum, Podagrâ (quas omnes ægritudines patientia summa coronabat) in Belgium exul anno huius seculi sexto confedit Audomari, in eo Seminario æger ipse ægris præfectus. Quo in munere non otio sed labore, cum poterat, & pijs narrandis exemplis se adolescentelque oblectabat. Podagræ dolores Aquâ Benedicâ cum Superioris adprecatione adspersâ, & orando solabatur, non alio viurus medicamine nisi obedientiâ constringente: Lectione etiam vita Sancti Patris Ignatij leuamen dolorum sensisse referbat. At die vigeſimo octauo Maij currentis anni decimi septimi, perfectâ vti rebatur vius valetudine, cum vacua etiam esset ab infirmis adolescentium habitatio, eam iuncto adiutorie quodam purgare à mentis aggressus, repente concidit, & facta eorum quæ parcè lumplerat eiectione, lopitis sensibus humo fixus hæſit: Eo die Exhomologesi, remque diuinam fecerat; munitus igitur Vnctionis Sacramento, morbo in Apoplexiā desinente altero post die sublatus est, omnium virtutum quæ religiosum virum ornare solent & laborum perpessionumque mercedem ab eo qui in omnes est diues recepturus. Numerabat annos atatis sexaginta duos, Societatis duos de triginta, Coadiutor formatus ab anno sexcentesimo primo. Habuit is annus nonagesimus octauus, & nonus plures alios Societatis candidatos, led quos breuis vitae viura fecit pené ignotos; vt Ioanen Polum à Spinkhill in Comitatu Derbiensi, qui mislus Vallisoletum ut praeslet studijs, & de conscientiâ quæstiones explicaret in Seminario, anno sexcentesimo quarto in Portu Lucarensi diem obiit extreum, cum nondum trigesimum atatis annum explesset; vir à virtute & doctrina commendatus: Philippus Dratot Staffordiensis, & Guilielmus Medcalf Eboracensis annum vix primum Tyrocinij absoluere, cum ad piorum desideriorum præmia sunt vocati; Henricus Floydus longiori certaminis seruatus est.

Henr'ens  
Floydus.

XL. Is ut supra narauimus, missus cum Ioanne Blafanno in Hispanias, & defunctus regendi munere quod in Olysiponensi sede acceperat à Personio, per multas ambages in Angliam delatus & in Societatem adoptatus, vixit cum Domino Ioanne Southcott (viro inter Catholicos nominatissimo) vndequinque annis, variam expertus fortunam. Quarto enim anno irruentibus per famuli incuriam summo manè apparitoribus, antequam se in latebram coniucere posset interceptus, in Portæ-nouæ obscurum humidumque specum coniectus est; ubi sciamnum lectus, vietus cum facinoris communis: Magis tamen solicitem habebat hospitis, in cuius domo captus, periculum, quam carcere incommoda: Hunc ut intellexit saluum, cætera facile tolerabat: Quanquam non ita multo post in commodiorem locum translatò facultas illi fuit & Francisco Paggio Martyri mutua inter se pietatis officia accipere & reddere. Poppamus inter